



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Acta Ecclesiae Mediolanensis**

Acta Synodalia Dioecesana Ecclesiae Mediolanensis, Pars Secunda

**Borromeo, Carlo**

**Brixiae, 1603**

De libro Beneficiorum vacantium.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11399**

In secundo quæ pro aliis diuinis officiis, & funeralibus.

In tertio, quæ pro elemosinis, & aliis huiusmodi operibus piis.

In quarto ordine alphab. nomina ecclesiarum, vel piorum locorum, ad quæ pertinent ea relicta dispositione sue.

In quinto ordine alphab. nomina locorum, vbi sunt ea legata, & obligata, & obligationes præstandæ.

Notificatio  
mes relicto-  
rum.

Habeat siliam cedularum notificationum relictorum piorum quorumcumque, quæ in dies ad cancellariam deferuntur, vel à notariis, vel à Præfectis locorum piorum, vel à priuatis personis. Cautè verò videat, vt in cedula distinctè notata sint, quæ oportet, vt

Annus, mensis, dies, &c.

Notarius rogatus.

Quid relictum.

Cui relictum.

Quanto tempore præstandum legatum, siue relictum.

A quo relictum.

A quibus præstari debet.

Alia eiusmodi.

Quòd si quid deficiat, curet omnino suppleri ab eo qui differt, antequam recedat. Minimeque omnino notet nomen differentis.

Habeat præterea librum indicem authenticum perpetuum omnium piorum relictorum.

In eo describat summaritè

Nomen relinquentis.

Diem, & annum relictis.

Nomen notarii rogati.

Onera imposita.

Quantitatem legatam.

Bona obligata.

Heredes, vel successores in onere solvendi.

At ad tempus, vel in perpetuum.

Alia præterea conditiones.

Indicem notariorum antiquorum, quorum scripturæ inquirendæ sient, pro iuribus ecclesiasticis in Ciuitate, & Diocesi.

Indicem notariorum aptorum ad hanc inquisitionem.

Indicem vicorum, qui possideant decimas, & quotitulo.

De libro Beneficiorum vacantium.

**H**Abeat librum Beneficiorum vacantium.

In eo describat singula Beneficia vacantia, ordine plebium, & parochialium, & portarum vr̄bis: ac primò plebes, & canonicatus suos; deinde parochiales eius; tertio capellas; quartò alia beneficia simplicia; sicque in singulis plebibus.

Exprimanturque qualitates beneficij; an parochiale, canonicale, capellania, aut clericale.

Si parochiale; an verò titolare cum propriis vel saltem in perpetuum assignatis certis redditibus; an verò cum mercede arbitraria.

Onera cuiusque, distinguendo in Missarum, vel anniuersariorum, aut aliorum diuinorum officiorum celebratione.

Summas item redditus.

Si quæ item pensio super eo soluatur, & Rursus, si in beneficio prætendatur ius patronatus.

Diem item vacationis.

Tum nomen eius, per quem vacat.

Locum item, ubi defunctus qui obtinebat.

Qualitates etiam personæ, vt si protonotarius, vel familiaris Summi Pontificis, vel alicuius Cardinalis; & alia, vnde possit esse aliquo modo affectio, vel reseruatio beneficij quouis modo.

Tum etiam qualitates beneficij, quæ idem operantur, vt si prima dignitas, si beneficium litigiosum, & alia eiusmodi.

Habeat hic liber indices singulos singulis generibus beneficiorum; vt facillè reperiri possint, scilicet omnium parochiarum, & omnium clericatum; & sic de aliis.

Quæ pertinent ad libertatem Ecclesiasticam tuendam.

**H**Abeat indicem grauaminum clericali

Informationes super singulis. Iura pertinentia ad singula.

De libris, & scripturis ad provinciam pertinentibus.

**H**Abeat indicem Ecclesiarum cathedralium.

Pro-